

Apollo interim, & fortè S. Petrus, seu quis ex Petri Discipulis Corinthum profecti, quosdam sibi assecclas adsciverunt.

Fœdissimis alii non modò non coercitis verùm etiam cultu probatis impudicitis affectu, pravâ consuetudine difficile nimium se abdicabant; quare & Fidelium unus Novercæ, Patris sui uxoris, incestu pollui ausus est.

Alterum ambitio abufum invexerat: qui enim exterorum idiomatum, prophetiæ, & concionis ad populos habendæ dono divinitus ditati fuerant, eodem unâ tempore dicebant singuli, eodem unâ tempore dicebant singuli, eodem unâ tempore dicebant singuli, eodem unâ tempore dicebant singuli.

d Vid. i. Cor. i. 13. &c. & Chrysofth. & Theodor. ibid. c. i. Cor. i. 11. f. Vide Chrysofth. hom. 44. & i. Cor. 7. 1. &c.

gulis, quorum alter de hoc, de illo alter monitum fecerint. Ephesi igitur (g), non verd Philippis, ut probat inscriptio ad calcem Græcorum Exemplarium, hanc Epistolam Apostolus exaravit, qui Ecclesiæ Asiæ nomine, & præsertim Aquilæ & Priscillæ (h), quos Ephesi commoratos certò scimus (i), Corinthi Ecclesiæ salutem dicit, & ejusdem Epistolæ capite 16. 8. se usque ad Pentecostem Ephesi moram dururum testatur; ubi sanè & tunc cum scriberet, domicilium ibidem habuisse satis constat.

Missam ad Romanos hæc ad Corinthios Epistola præcessit; hanc enim Apostolus anno Christi 56. illam verd anno 58. dedit. Abusus verd, quos tollere nititur Apostolus, omnino tamen excindere recipi non valuit.

Ante hanc ad Corinthios, alteram ab Apostolo ad eosdem datam, sed modò deperditam, nonnulli opinati sunt (k), eoducti, quòd ejusdem Epistolæ capite 5. v. 9. Paulus dixerit: Scripsi vobis in Epistola, ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi . . . alioquin debueratis de hoc mundo exisse.

Nunc autem scripsi vobis, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus. . . . cum ejusmodi nec cibum sumere. Hæc tamen facile ad ea referuntur, quæ superius Paulus enunciarat (l) v. g. cap. 5. 2. Non luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum.

Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Præterea nullam, duas præter quæ extant, Epistolam Veteres agnoverunt. Hanc verd iidem Stephanus, Fortunatus, Achaicus, qui Ephesum profecti Corintho delatas Epistolas S. Paulo tradiderant, ab eodem Apostolo acceptam ad Corinthios detulerunt.

g Chrysofth. Theodor. in Synop. Oecumen. Syrus Tremellii Arab. Latina inscriptio ad calcem hujus Epistolæ. Capell. Grot. Ham. alii passim. h. i. Cor. 16. 19. i. Act. 18. 59. &c.

k Est. Justine. Bez. Para. Lugdun. Grot. Lud. de Dieu.

l Chrysofth. Theodor. Je. ronym. Est. Tir. in i. Cor. 5. 9. Glast. Sud. Capell.

DISSERTATIO DE BAPTISMATE PRO MORTUIS, ad 1. Corinth. 15. 29.

QUAMVIS Mortuorum Resurrectionis dogma optimis Fidelibus solatium semper attulerit, atque explicitam orthodoxæ Religionis Fidem sibi semper comparaverit, inter Ethnicos non modò, sed ipsos inter Fideles, sapissimè nihilominus adversarios offendit. Vel ante Christi adventum quædam Judæorum secta se Resurrectioni præsertim infensam profitebatur. Sui resurrectionem, cæterosque ad vitam homines postremâ sæculorum die reverfuros, in omnium animos præ cæteris inducere Servator studuit; cuius equidem resurrectio Catholica stabilitæ Religionis maximum, atque Fidelium ad vitam revocandorum certius erat argumentum. Apostoli etiam, dum conciones habebant, de Christi Resurrectione potissimum in Auditores inducendâ satagebant. Dæmon verd hæresibus, quas primò in Ecclesiâ invenit, vel Resurrectioni profusus eliminandæ, vel eidem in incertum saltem adducendæ vehementer incubuit.

a 1. Cor. 15. 12. b 2. Timoth. 2. 18. c Epiph. hæres. Aug. hæres. d August. hæres. 18. e Epiph. hæres. 25. c. 15. f Epiph. hæres. 40. c. 2. g Epiph. hæres. 28. c. 6. h Tertul. Præscript. c. 33. i Iren. l. 1. c. 19. k Epiph. hæres. 45. l August. hæres. 18. m Tertul. Præscript. c. 48. n Tertul. Præscript. c. 46. o Epiph. hæres. 44. p Epiph. hæres. 56. q Tertul. Præscript. c. 46. & Iren. l. 1. c. 21.

Prioris ad Corinthios Epistolæ capite 15. Resurrectioni infensos validissimè oppugnat; quam propterea 1. Scripturis, & de resurrectione agentibus Prophetis; 2. Apostolorum, qui Jesum redivivum viderant, sive ipsius, cui se Dominus prope Damascum exhibuerat (r), testimonio firmat; 3. Ex Christi resurrectione homines ad vitam reverfuros colligit: Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. 4. Si Christus non resurrexit, inanes Apostolorum conciones, ipsosque Apostolos subdolos atque mendaces. 5. Catholicorum Fidem à veritate alienam, eosque per Baptismum à peccatis minimè liberatos; 6. nostram spem vanam; nosque 7. quòd calamitatibus semper obruamur, omnium miserimos enunciat. Scribit denique (r): Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid & baptizantur pro illis?

Hæc præcipua S. Pauli de resurrectione argumenta: quorum profeudò prima validissima, & satis probantia; postremum verd quibusdam obvolvitur difficultatibus, quas hac Dissertatione explanandas assumimus. Nova quidem hic non promittimus, aliter hujusmodi quaestio silentio prætereunda esset, de qua latè adeo actum est, ut fufius fortè nihil. Cum verd nostri interfit ea referre, quæ Authores præcipui de Scripturæ locis ediderunt, nostri etiam erit diversas hujus loci interpretationes, argumenta pariter, atque sententias recensere; nostramque demum eâ de re mentem aperimus.

I. Putant vetustiores Interpretes; Apostolum hic meminisse quorundam, qui pro mortuis, seu mortuorum vice, baptismate idcirco abluebantur, quòd ante baptismum morte correptos, sacri lavacri, quo eorum seu amici, seu cognati perfunderentur, virtute levari, atque peccatis omnibus liberari, sibi suaderent. Sicuti & nos precibus, & elemosynis Deo pro defunctis oblatis, peccatorum, quibus minimè, dum viverent, satisfecissent, pœnas adimi, atque etiam omnino absorberi, fide teneamus. Hanc sanè sententiam Textus prima verba videntur innuere: cui etiam præ Latino Græcus favet, qui propriè sonat baptismum pro mortuis, seu mortuorum beneficio; quomodo pluribus in locis pro hominibus, seu propter hominum salutem

